Nouerint uniuersi quod nos Beatrix dei gratia abbatissa monasterii sanctorum Danielis Gerunde attendentes quod dictum monasterium habet sanctis pro
pe Ciuitate Gerunde Iouerta uocatam de monte eribio cum suis terris honoribus et pertinenciis suis attendentes etiam quod consideratis
sumptibus qui pro laboracione pariam terrarum et honorum et ad racione ipsius Iouerte fiunt necessario et fieri habent melius
ualius et fructuosius est ipsi monasterio multiplici racione dictam Iouertam cum suis terris honoribus et pertinenciis sta
bilire seu ad emphiteosim concedere sub certis censibus quam ad propriam laboracione retinere uel etiam partem ad laborandum
concedere habitis super predictis et qualibet predictorum diligenti et frequenti consilio deliberacione et tractatu cum
conuentu nostri monasterii propter ea more solito conuocato et congregato Attenta ipsius monasterii utilitate atenta de consen
su uoluntate et consilio dicti nostri conuentus et etiam de auctoritate et expresso assensu Reuerendi patris in Christo domini
domini Castonis miseracione diuina Episcopi Gerundensis gratis et ex certa sciencia per nos et nostros successores in dicto mo
nasterio damus et concedimus ad emphiteosim siue ad acapitum uobis Bernardo Net hostalerio Gerunde et uestris perpetuo unam
feixiam terre prout est signata et terminata ex campo uocato Corney qui est dicte Iouerte que feixia affrontatur ab
oriente in honore nostro residuo uocato Camp Guinart a meridie in feixia quam stabilimus Petro de Buxo a circio in feixia
Berengarii Benlloch et in honore Berengarii Renalli ab occidente in camino publico Predicta siquidem feixia prout superius
terminatur et affrontatur cum omnibus integritatibus et proprietatibus suis introitibus exitibus et pertinenciis suis uniuersis
et singulis et cum omnibus melioramentis et augmentis ibi factis et deceterо faciendis uobis dicto Bernardo Net et uestris
perpetuo damus et concedimus ad emphiteosim siue ad acapitum saluo tamen iure et directo dominio dicti monasterii tam in
terciis laudismiis foriscapiis emparis fatigis quam etiam aliis que ad directum dominium pertinere noscuntur Dabitis quidem
terea uos et uestri nobis et nostris successoribus in dicto monasterio annuatim censualiter in festo sanctorum Petri
et Felicis tres quarterias frumenti boni pulcri siccii et mundi ad mensuram Gerunde secundo ipsas deffendentes in foro
allatas uestris sumptibus in dicto monasterio Et sic sub dictis modis et condicionibus constituimus nos dictam feixiam terre
nos uestro precario nomine possidere donec eiusdem rei possessione tam de iure quam de facto adeptus fueritis corporale in qua
intrandi apprehendendi et retinendi plenam uobis et uestris damus et conferimus potestatem ad faciendum inde omnes uestras uolunta
tes retentis tamen condicionibus supradictis Et sic per nos et nostros successores in dicto monasterio promittimus hanc
concessionem et omnia et singula supradicta rata et firma habere tenere et seruare et predictam feixiam cum suis iuribus
uos et uestros semper facere habere tenere et etiam deffendere in pace contra cunctas personas et inde uobis et
uestris firmiter teneri de euiccione et omni dampno et interesse litis et extra Et pro predictis attendendis et com
plendis obligamus uobis et uestris omnia bona dicti monasterii ubique presencia et futura Pro huiusmodi uero concessione
habuimus et recepimus a uobis ad utilitatem dicti monasterii triginta quinque solidos Barchinonensium Renunciando excepcioni peccunie
non numerate et non recepte et doli Et ego dictus Bernardus Net laudans et concedens predicta promitto uobis dicte
domine abbatisse et successoribus uestris in dicto monasterio dictum censum trium quarteriarum frumenti annuatim sol
uere termino supradicto allatas ut est dictum Et pro predictis attendendis obligo uobis et uestris dictam feixiam
terre cum omnibus melioramentis suis et augmentis ibi factis et deceterо faciendis Quod fuit actum et tam a dicta uenera
bili abbatissa quam dicto Bernardo firmatum et laudatum VI idus Octobris anno domini M° CCC° XXX° tercio presentibus testibus
uenerabili Bernardo de Lacu presbitero de capitulo et Petro de Villaccurо clerico et Arnaldo de Torrente Gerunde Predicta uero
omnia fuerunt per dictum conuentum more solito congregatum in capitulo dicti monasterii laudata concessa et aprobata
et etiam postea predicta omnia per dictum Reuerendum dominum Episcopum Gerundensem laudata auctorizata et aproba
ta IIII idus Octobris anno domini predicto presentibus testibus uenerabilibus Arnaldo de Palaciolo thesaurario et Bernardo de La
cu presbitero de capitulo Gerundensi Et similiter Arnaldus de Torrente baiulus dicti monasterii predicta firmauit pro baiulo co
ram testibus supradictis

Sig+num Petri Massaneti notarii publici substituti auctoritate regia a Bernardo de Toylano notario Gerunde publico qui hoc scribi
fecit et cum rasis in XII linea clausit.

Nº 65 Es Acte et duplicat i per [illegible] trobarse aloxat en lo [illegible] plegament del mateix nombre

Nº 643

CTORS f. 98v

Nº 1. de la Sagrera del Camp Corney de la Sobraria de Montiri

AC f. 29v

Establiment fet a bernat Ves
hostaler de gerona de una pessa
de terra la qual es de pertinensa
de la sobreria de monestir de la
qual ffa [illegible] quarteras [illegible]
[illegible] la qual era part del camp
Corney de dita sobraria. A 26 7bre 1333.

T. 480 x 285

672